



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

306. An si viduæ, pupilli, vel aliæ personæ pauperes fuerint oppressæ
tunc etiam, nulla data negligentia iudicis sæcularis, possint aduersarios,
suos ad iudicem Ecclesiasticum trahere, & in illius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

personaliter capere posset, & ideo requirentibus officialibus Ecclesiasticis familiam armatam à magistratibus secularibus contra laicos, vel curarent scire causam capturæ, de illa cognoscere aut fingere possent præuentionem: ergo, &c. Vnde satis manet firmata nostra sententia aduersus Pereiram & alios, quos citauit & reprobaui ego ipse in *part. 1. tract. 2. resol. 88.*

Quæ hic est
Ref. antecess.
denq.

RESOL. CCCIII.

An semel punitus in foro Ecclesia possit iterum pro eadem culpa à iudice seculari puniri etiam ad excessum pœnae?

Et quid è conuerso, si delictum est mixti fori, an insufficienter à iudice seculari puniatur, possit iterum à iudice Ecclesiastico puniri? Ex *part. 1. tract. 2. Ref. 108. aliàs 107.*

Sup. hoc in
Ref. seq.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docent multi Iuriconsulti, quos citat, & sequitur Cenedo in *canonicis 99. q. 36. num. 25.* & Bobadilla in *polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 94. in Glessa lit. D.* & in casu simili Pereira *tract. de manu regia, part. 1. cap. 10. num. 12.* Madus in *tract. de sacris Ord. cap. 15. nu. 5.* & ex Theologis Adamus Tannerus in *2. 2. disp. 4. q. 4. dub. 4. nu. 93.* & Miranda in *lib. de ordine iudic. tom. 1. q. 1. a. 7. concl. 4.* Guttierrez *canon. 99. lib. 1. cap. 12. num. 15.* cum aliis, ex autoritate *cap. felicis. §. per hoc de pœnis in 6.* Et hanc sententiam, cum aliqua limitatione, tenet etiam Sigismundus Scaccia de *iudic. caus. lib. 1. cap. 12. num. 91.* & Layman in *Theol. mor. lib. 4. tit. 9. cap. 2. n. 6.*

2. Sed contrariam sententiam prorsus amplectendam esse iudico, quam nouissime ex multis Doctoribus, & validissimis rationibus probat Iuriconsultus Christophorus de Anguiano in *suo tract. de legib. lib. 3. contr. 32. num. 7. & seq.* quia similis ratio est in Iudice Ecclesiastico, circa causas mixti fori, quæ adest in quolibet Iudice, qui speciali ratione iudicat de subdito alterius territorij: sed accusatus in foro delicti non potest reaccusari in foro domicilij; quæuis diuersa sit pœna, vt manifestum est: & probat textus in *l. Senatus ff. de accusat.* Ergo laicus, semel accusatus de crimine mixti fori in iudicio Ecclesiastico, non poterit iterum accusari in foro seculari, Alias rationes adducit hic Autor, quas penes ipsum inuenies, qui etiã responderit ad omnia argumenta contrariæ sententiæ.

3. Notandum est tamen, quod Auctores primæ sententiæ, vt Tannerus, qui citat etiam Deltium, asserunt è conuerso, quod si delictum sit mixti fori, & insufficienter sit à Iudice seculari punitum, potest iterum à iudice Ecclesiastico puniri.

RESOL. CCCIV.

An in criminibus mixti fori, quis in Ecclesiastico punitus mitiori pœna, possit in foro seculari pro excessu pœnae puniri? Ex *part. 4. tract. 1. Ref. 61.*

Sup. hoc in
Ref. præterita.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam nouissime tenet iterum Pereira de *manu Regia part. 2. cap. 56. n. 47.* vbi sic ait, Non præmittam dubium esse, an crimen mixti fori semel in vno foro punitum, possit in altero foro pro excessu pœnae puniri: Et posse dicit eleganter Abbas post Io. Andream in *cap. tue, de procurat.* vbi Alciatus n. 134. & alij. Obstat tamen *cap. 2. de except. in 6.* vbi data de præuentione, videtur iterum antiquam causam suscitari non posse, nisi dicas regulam dictam procedere, quando æqualis est

pœna in vtroque foro, propter regulam *l. cum quartur ff. de except. rei iudic.* quia si maior est pœna, cessat dicti cap. ratio. Ita ille.

2. Sed aduersus doctum Lusitanum alium non minus doctum opponam, & is est Seraphinus Freitas in *notis addit. ad tract. de Confessor. felicitan. quest. 3. num. 48.* vbi sic ait. Verius est etiam in causa mixti fori punitum mitiori pœna ab Ecclesiastico non posse iterum in seculari puniti ad integrandam, penam, ve diuersam, & vice versa, iuxta *cap. ultim. de except. in 6.* vbi sententia iudicis Ecclesiastici sub censuris in foro seculari obseruari iubetur, tenet glossa *ver. ad i. cimus, in cap. felicis, de pœnis in 6.* quam ibi sequuntur Dominicus & Perusinus n. 3. Hostien. & Anton, in *cap. tue, de procurat.* Imola & Anania num. 6. Berous num. 23. in *cap. de his, accusat.* Bartolus in *l. senatus, ff. de accusat.* & est opinio communis Canonistarum ex Abbate in *d. cap. tue, pro quibus facit regula d. cap. de his, & d. l. senatus;* quam praxis approbat, & textus in *d. cap. ult.* Sic videmus in reis nefandi criminis, quod mixti fori est inter secularem, & Inquisitorem in Lusitania & in Aragonia, quidquid contrarium teneat altera opinio ex Couarruua & aliorum, quibus, non fauent *dict. cap. felicis, cap. 2. de maledictis. l. placet. C. de sacrosanct. Eccles.* quia ultra quod in suis speciebus procedunt, non decidunt teum semel punitum in vno iudicio competente posse ab alio maioribus pœnis puniri, vt bene Arcinus in *d. cap. de his, Berous num. 13.* quidquid repugnet Gomez tom. 3. *cap. 1. num. 40. conclus. 4.* Tunc autem potest quis ad diuersa fora trahi super eodem crimine, quando ob varios respectus criminis est vtriusque fori, vt docet Felinus num. 13. & ab eo citati in *cap. de his, de accusat.* & Nauarrus in *cap. nouit. notab. 6. n. 70.* & posterior opinio Couarruix & aliorum in hunc sensum accipi & defendi potest, & forsitan hoc intendit quando punitio tendit ad diuersa, quæ diuersitas consistit in diuersis pœnis, tribunalibus, aut iudicibus, sed in diuersis respectibus, & hæc omnia docet Freitas *loc. cit.* & hanc sententiam ego ipse etiam alibi docui in *part. 1. tract. 2. resol. 107.* vnde immeritò hanc opinionem improbabilem vocauit his diebus quidam Iuriconsultus, cum probabilissimam esse omnino dicendum sit.

Que hic est
Ref. antecess.
denq.

RESOL. CCCV.

Coram quo facienda sit appellatio, quando causa fuit decisa per duos iudices, unum laicum, & alium Ecclesiasticum Ex *part. 4. tit. 1. Ref. 54.*

§. 1. **R**espondeo faciendam esse coram iudice Ecclesiastico, quia dignior trahit ad se minus dignum, & cum in dicta appellatione agatur de actu ipsorum iudicum arbitrorum, quorum iudex non potest esse laicus, dicendum est appellationem interponendam esse coram Ecclesiastico, & ita docet Felinus in *cap. 1. de prescript. num. 6.* Ambrosinus de *immunit. cap. 20. num. 6.* Bonacina in *Bulla Cæn. disp. 1. quest. 16. punct. 3. num. 20.* quidquid in contrarium asserat Couarruix *lib. 2. variar. cap. 22.*

RESOL. CCCVI.

An si vidua, pupilli, vel alia persona pauperes fuerint oppressa, tunc etiam nulla data negligentia iudicis secularis, possint aduersarios suos ad iudicem Ecclesiasticum trahere, & in illo foro conuenire? Ex *part. 1. tract. 2. Ref. 118. aliàs 117.*

§. 1. Negatiuam

RESOL. CCCVIII.

An index Ecclesiasticus possit precipere iudici seculari sub pena excommunicationis, quod superfeedat in executione contractus donec decidatur, an sit usurarius, nec ne?

Et an index Ecclesiasticus, ad quem aliqua causa spiritualis remittitur, possit opponere exceptionem illam, & praefigere tempus & terminum peremptorium, intra quem probare teneatur, & quid e converso, &c? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 18.

§. 1. Negatiue respondet Cevallos in tract. de cognitione per viam violentia part. 2. q. 96. nu. 12. Angelus in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata. Imola & Ripa ibidem, & Rodericus Suarez in l. post rem iudicatum. ver. circa iudicem, n. 15. 16. & 17. ff. de re iudicata, & Barbatius vol. 2. consil. 45. n. 10. docentes, quod licet exceptio vsurae sapiat spiritualitatem, tamen non potest opponi ad impediendam executionem instrumenti.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo ex c. lator, qui filij sint legitimi. & ideo pendente causa natalium coram Ecclesiastico non potest secularis iudex in causa principali hereditatis procedere, vt recte notat Coratius miscellan. lib. 2. c. 5. & alij. Vnde in terminis nostram sententiam tenent DD. quos citat, & sequitur Gutierrez de iuram confirm. part. 1. c. 2. a. n. 11. vbi sic asserit. His non obstantibus videtur non esse veram Angeli opinionem & sequacium, & potius tenendam esse contrariam, imo quod iudex secularis supra dicto casu, confitito sibi de litis pendencia vententis coram Ecclesiastico super causam vsurariam eiusdem contractus, quem exequitur, maxime si a iudice Ecclesiastico inhibeatur, ne vitra procedat super executionem sub pena excommunicationis, quousque decidatur causa vsuraria, teneatur obedire, & debeat superfeedere in executione, quia cum exceptio haec sit praedicialis executioni, omnino non debet super ea amplius procedi, quia alias iudicium Ecclesiasticum redderetur illusorium. Ita Gutierrez, & ante illum Alexander in l. 4. §. condemnatum, n. 17. de re iudicata, quidquid in contrarium asserat Cevallos vbi supra. cuius sententiam omnino refellendam esse puto, si iudex Ecclesiasticus praevenerit in cognitione vsurae illius contractus, vt optime notat Marta de iurisdict. part. 2. cap. 45. num. 15. & 20. cum alijs.

3. Notandum est etiam hic obiter cum Barbosa in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 17. c. 5. n. 4. & 5. & alijs penes ipsum, quod iudex Ecclesiasticus, ad quem aliqua causa spiritualis remittitur, potest opponere exceptionem illam, & praefigere terminum, peremptorium, intra quem probare teneatur; non potest tamen e converso, iudex secularis, qui, v.g. de causa principali hereditatis cognoscit, praefigere partibus terminum, intra quem causa incidens spiritualis terminetur coram Ecclesiastico ad quem remittit, quia iudici Ecclesiastico, qui in spiritualibus superior est, legem imponere non potest.

RESOL. CCCIX.

An index laicus possit cognoscere crimen vsurae: siue de iure, siue de facto queratur, vel sit crimen missi fori? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 78. alias 77.

§. 1. Affirmatiue respondet Tannetus in 2. 2. diff. sup. hoc in Resol. seq. 4. q. 4. dub. 1. num. 35. Salas tract. de emp. dub. 45.

§. 1. Negatiue sententiam sustinet Couarruias practic. quaestiones cap. 6. num. 1. & ita mordicus, vt affirmatiuam sententiam ridiculam appelleret.

2. Verum ego non ridiculam, sed veram existimo, & Couarruias opinionem falsam puto, vt etiam illam nouissime existimat Anguian. in tract. de legib. tom. 1. lib. 3. contr. 22. nu. 48. & alij penes ipsum, ex multis iuribus, quae afferunt, & praecipue per cap. ex parte, de foro compet. vbi causa viduae Reginae bonis suis spoliata, in foro Ecclesiastico fuit agitata. Vide etiam textum in cap. super quibusdam. §. ult. de verb. signific. & in cap. significantiis, de officio delegati. quibus iuribus minime satisfacit Couarruias, nec quicquam poterit satisfacere, quin indistincte probent, atque conuincant, etiam non data Iudicium secularium negligentia, posse personas habitu, & actu miserabiles, aduersarios suos ad forum Ecclesiasticum trahere. Scio praxim in contrarium esse: sed ego loquor, quid sentiendum de iure: ius autem, vt visum est, nostram sententiam apte docet. Ergo, &c. Vide etiam Tanner. in 2. 2. disputat. 4. quaest. 4. dub. 1. num. 31.

RESOL. CCCVII.

§. 1. An pauperes, & miserabiles personae possint laicum coram iudice Ecclesiastico conuenire?

Et notatur, quod si pupillus, vel vidua essent diuites, non gaudent privilegio trahendi laicos ad tribunal Ecclesiasticum. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 90.

§. 1. Affirmatiuam sententiam omnino tenendam esse puto, ex textu expresso in cap. super quibusdam, de verb. significat. ibi, Item viduis, pupillis, orphanis, & miserabilibus personis teneatur in iudicio Ecclesiastico respondere, &c. Idem probatur ex P. Normitano & Butrio in cap. per vestras, de donatione inter viram & uxorem, facit etiam textus in cap. si quis de potestibus 21. cap. si quis Romipetas 23. cap. illi qui 25. in ordine, 24. quaest. 3. & ita docent scribentes in cap. significantiis, de offic. & potestate iudic. delegati. & in cap. ex tenore, de foro competenti. & hanc tenent sententiam Palacius Rubeos in repet. cap. per vestras. §. 1. num. 5. & alij, quos citat & sequitur nouissime Gabriel Alvarez tract. de privileg. pauper. quaest. 52. num. 13. quibus adde Scacciam de iudiciis tom. 1. lib. 3. cap. 12. numero 17. Cenedum in quaest. canonice. quaest. 14. num. 4. Vnde pro sibi relicis alimentis posse pauperem aduersarium laicum ad iudicem Ecclesiasticum trahere, docet Bartolus, Imola, Geminianus, & alij, quos adducit Petrus Surdus de aliment. tit. 8. privileg. 9. num. 2. & in quauis alia causa idem dicendum est, cum miserabilibus ac pauperibus, absque alicuius cause praesentione concessum sit privilegium in dicto cap. super quibusdam, aliisque iuribus relatis. Vnde immerito quidam Iurisconsultus nolebat olim hanc sententiam admittente, & inconuenientius ipse assererat; nam multae causae laicorum ad Ecclesiastica tribunalia, stante hac opinione, deferri possunt; sed, vt dixi, immerito hoc assererat: nam, vt visum est, sacri Canonis haec determinant, & concedunt, quibus omnino standum est iuramento Catholico ambigere.

2. Notandum est tamen pro intelligentia dicti cap. super quibusdam, quod si pupillus, vel vidua essent diuites, non gaudent privilegio trahendi laicos ad tribunal Ecclesiasticum. Ita Doctores citati.

Tom. IX.

INATI
T
O. IX. X.
E. III

Sup. hoc e
conuerso su
pra in Resol
48. §. Sed
contrarium;
ad medium
cursum in
verf. neque
potest.